

**Scuola Superiore Universitaria  
di Toppo Wassermann  
a.a. 2024/25**

**Classe umanistica**

**Seconda prova: temi per la prova opzionale di Latino. Il candidato/la candidata traduca in italiano (possibilmente naturale ed efficace) il brano seguente.**

Cum Romulus ad exercitum recensendum contionem in campo ad Caprae paludem haberet, subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque tam denso nimbo regem operuit ut conspectum eius contioni abstulerit; nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes 5 sedato tandem pavore postquam ex tam turbido die serena et tranquilla lux rediit, ubi vacuam sedem regiam vidit, velut orbitatis metu icta maestum aliquamdiu silentium obtinuit. Deinde a paucis initio facto, universi Romulum regem deum deo natum parentemque urbis Romanae salutant. Fuisse credo tum quoque aliquos qui disceptum 10 regem patrum manibus taciti arguerent; manavit enim haec quoque fama, sed illam alteram admiratio viri et pavor praesens nobilitavit. Et consilio etiam unius hominis dicitur fides addita esse rei. Namque Proculus Iulius in contionem prodit et "Romulus" inquit, "Quirites, prima hodierna luce caelo repente delapsus mihi apparuit. Cum perfusus horrore venerabundusque adstisset, 'abi', inquit 'et nuntia Romanis caelestes ita velle ut mea Roma caput orbis terrarum sit; proinde rem militarem colant et sciant nullas opes humanas 15 armis Romanis resistere posse'. haec" inquit "locutus sublimis abiit."

Il candidato/la candidata risponda alle seguenti domande:

- 1) Assegna un titolo al brano.
- 2) In quale epoca e data approssimativa si colloca, almeno secondo la tradizione, l'episodio?
- 3) Dal testo si ricava che Romolo era universalmente apprezzato dai Romani? Argomenta.
- 4) A che cosa si riferisce 'illam alteram' a r. 8?
- 5) Commenta dal punto di vista storico e ideologico l'annuncio e la profezia dei rr. 11-12.
- 6) A qual autore attribuiresti il brano? In base a quali considerazioni?

